



\* Diese Ausg. 00 g  
gg

P. B. A. M.

I. N. J.

Partani quia liberos solerter educabāt, felici rep.  
gaudebant. Medium hunc finē & sequendi inter alia erat matura in-  
geniorum exploratio: ut ad quod vitæ genus pueros proclives ani-  
madvertisserent, ad illud omni ope eos promoverent certi, quod ager  
conveniente semine consitus certum ferat fructum. Ad dignoscenda vero pue-  
rorum ingenia isti educationis artifices hoc utebantur invento, ut Ephori quot-  
annis plus vice simplici varia variarum artium & opificiorum instrumenta publi-  
ce exposita contemplandi, contrectandi & artem experiendi pueris potestatē  
facerent; domi etiam parentes liberis de artium varietate, mediis, jucunditate, u-  
tilitate, necessitate identidem cantilenam canerent, ne temere vitæ genus indo-  
li minime respondens, imo plane contrarium arriperent. Inde natura & arte sic  
amicē conspirantibus non poterat non in quovis vitæ instituto virorum excellen-  
tium satis esse. Ut hodienum hæc salutaris ingeniorum exploratio vigeret, o-  
ptandum esset. Umbram antiqui illius Spartanorum moris exhibent Scholæ in  
celebrando festo, quod vocant, Gregoriano, quo inter alia solertiæ puerilis in-  
citamenta permittuntur teneræ ætati varia variarum artium & opificiorum vesti-  
menta & instrumenta, quibus non raro serium vitæ institutum deinceps respon-  
det. Præceptores in tali ingeniorum scrutinio suum agunt de vitæ generum varie-  
tate, usu, honestate, sumtibus identidem pro re nata differendo, regulas in eligen-  
da vitæ conditione proponendo, adolescentes de inclinatione & libris, quos sibi  
permitunt & comparant, percontando, tum aliquod proposito inserviens scri-  
ptum à discipulis exigendo. Postremum in heic nominatis adolescentibus sic  
periclitari placuit, ut ad quam disciplinam animum quisque suum B. C. D. vi-  
detur in posterum applicatus, eam exercitio oratorio habendo pragustet. Id-  
oīco tirocinium usu deinceps confirmaturi

Johann Christoph Heerwagen/ Francokusanus

JURISPRUDENTIAM;

Reinholdus Schwellengrebel/ Molcovia Russus

MEDICINAM & præcipue Anatomicen,

Christianus Weitzius, Jenensis

VIRVM POLITICVM

breviter commendabunt, describet ad d. VII. Octobr. hor. IX. In Audit. Maj.

Quod ordinarium exercitium publice indicat

Cum Domino RECTORE

JOH. CHRISTOPH TREUNER ConR.

exhibens una in usum juventutis versus quosdam memoriales Geographi-  
cos & alios de Germaniae & Imperii statu, otio Cereali factos.

RUDOLSTADH Typis FREYSCHMIDIANIS,

Sinus Magni Europæ, Asiae, Africæ.

Quinq; Sinus magnos Europa, Asia, Africa sorbent  
 Occani è vasti, marium ceu fontis, abysso:  
 Europam Internum mare qua secesserit ab Afro,  
 Quaq; Asiae refluxis anfractibus alluit oras:  
 Hinc sinus (ensis) Arabs Asiam sejungit & Afros:  
 Persicus ast Arabes secludit divite Persa.  
 Fluctibus assiduis tundit Gangeticus Indos.  
 Par cancro & chelis Maeandricus ille Codanus  
 (Seu mavis nostras Ost see / seu Balticus humor,) peregrino  
 Arrodit Danos, Gutos, Suecos Livonesque,  
 Botnicus ad Suecos sinus altera chela vocatur,  
 Finnicus à Finnis chela altera dicta propinquus.  
 Oceanus reliquis totum circum fluus orbem  
 Nomina sortitur ferme a regione propinqua.

EVROPÆ figura.

Virginis os habitumque gerens EUROPA figuror:  
 Qui situs? occasum ad brumalem vertice verso  
 Æstivum facies & sinciput adspicit orrum:  
 Solis ad occasum caput est HISPANIA vasta,  
 GALLICA PARS collum, JUGA PIRENÆA Monile,  
 Robustum pectus tibi reliqua GALLIA signat,  
 Hærent Helvetiis dextris, Belgisque sinistris  
 Brachia bina; ITALI dextrum, scævumq; BRITANNI,  
 Alpibus exoriens RHENVS diaphragma vetustum.

Nostra

Nostra refert (utinam sanum) GERMANIA ventrem,  
Umblicum signat mediumve BOHÆMIA ventris,  
Corporis at reliquum latis sub vestibus explet  
Norvægi, Dani, Sueci, Finni Livonesque,  
Litvani, Prussi, Hungari & hinc Sclavi atque Poloni,  
Porro Croatia, Dalmatia atq; hinc Græcia, Thrases,  
Servii, Bulgari, Transilvani, VValachique,  
Moldavi, Mosci, Pars Europæa Scytharum.

Termini Europæ.

Flumina sunt Obius Tanaisq; anfractus ad ortum;  
Herculeus fretus, internum & mare limes ad Austrum,  
Solis ad occasum Oceanus ventosus Atlantis,  
Oceanus sed Hyperboreus tibi finis ad Arctum.

Eadem Longa est millaria Germ. 900.

Longa eadem quater nongenta est millia passuum,  
Lata 550.

Dimidium hunc lata est, super & millaria centum.

Termini Germaniæ.

Gallus ad occasum confuso limite regnat,  
Limes ad auroram sunt Hungarus atque Polonus,  
Alpes Australis, Borealis Balticus humor.  
Teutonas antiquos Rhenus conclusit & Ister,  
Et qui Sarmaticas allatrat Vistula glebas  
Junctis sub gelidâ terris habitantibus Arcto.

X 2

Circu.



Versus de Circulis Imperii juxta ordinem i.e. N. X. de anno 1522.

Præstítit hoc olim mens provida MAXMILIANI,  
Circulus Imperii decuplus quod dividit oras.

a. ( Maximilianus I. Germaniam primo in VI. circulos distribuit:  
1. Franconicum, 2. Bavanicum, 3. Suevicum, 4. circulum Rhe-  
ni, 5. Westfalicum, 6. Saxonum inferior. quibus A. 1512. qua-  
tuor adjecit: 7. Austriae 8. Burgundicum, 9. Quatuor Elec-  
torum ad Rhenum, 10. Saxonum super. )

Matric. Imper. Mens. Flor.

4748. AVSTRIACVS Turcis, ceu murus aheneus, obstat.

b.

3656. Nomine jam talis, qui re BVRGVNDICVS olim,  
Quinon Imperii, sed nunc Hispana veretur.  
Sceptra, sed Austriacis non abscedentia fastis,  
b. Dieser Eräß ist unter dem König in Hispania, und hat in langen  
Jahren zum Reich nichis contribuiret. Reinik.de Reg. Sec. I. class. IV.  
cap. I.

Status XI.

7000. Vndenis Statibus RHENI ELECTORIVS adstat,  
XXXVI.

9004. SAXONICVS superus ter deno as ordine seno,  
XXII.

8232. Ter septem Statibus stabilitur FRANCVS & uno,  
XIX.

6816. Cum ter sex uno BAVARVS concurrit ad armas,  
LXXXVII.

14034<sup>2</sup> At decies octo cum septem SVEVICVS amplius,  
LVI.

13872. Cum sex & decies RHENANVS quing<sup>3</sup> supremus,  
XL.

9988. WESTFALICVS censum decies per quatuor offert  
XIX.

9420. Inferus ast SAXO ter sex censemur & uno

Summa 86770<sup>2</sup>

Leges Imperii Fundam.

Relligio, Pietas AVGUSTO erit aurea cordi,  
Imperii perpes manet Aurea Bulla statutum,

Imperii

Imperii à statibus tutabitur ante statuta,  
Conventus quovis dabit Electoribus anno,  
Noxia Principibus delebit fœdera vulgi,  
Imperii Corpus Cæsar non fœdere stringet,  
Sin Electorum non suffragabit ordo,  
Curabit raptæ Procerum res restituantur.  
Nil alienabit Rerum, nec pignore tradet,  
Imperio AUGUSTUS, quæ sunt divulsa, reducat,  
Non in vicinos temerarius arma capesset,  
Exulet imperio facies nova sculpta tributi,  
Cessent conventus, Procerum hæc nisi voce probentur,  
Publica Germanus sibi munia vindicat uni,  
Publica Teutonice, vel sint perscripta Latine:  
Non mare, non terras nova vestigalia stringent.  
Indicta nullum proscribet limine causa,  
Indictos census removebit publicus usus,  
AUGUSTI Census sibi poscit Feuda caduca,  
Cudendæ dabit, urget data jura monetæ,  
Sceptra nec hæreditis titulo sibi credita creder,  
Sunt rata, quæ Proceres solio civile vacante,  
Imperii sedes Germania fixa manebit.  
Relligio Regio rescripta pace fruentur,  
Audiet actores, auditos Aula remittet.  
Hæc sancto sancte firmantur Cælaris ore,  
Publica quæve salus vult lex suprema Regentis.  
Cancellis licethis Electio circumscripta;  
Attamen AUGUSTUS dignatur honore Monarchæ  
Et titulo gaudens & Majestate coruscans.

Insignia Imperatoris:

Hoc Augusta docent AUGUSTI insignia: sceptrum,  
Ensis & aurato duplex Diadema sub orbe,  
Cum cruce fert Pomum cur quæso sinistra? facetur,  
CHRISTO deberi quod fert manus altera sceptrum,

Reservata Imper:

Augustus solus concedit Jura Lyceis,  
Majestate Duces, Comites creat atque Barones,  
Nobilibusque novis confert insignia factis,  
Restituitque nothos natali labo notatos.

Electores Eorumque jura & munia.

Coccineis Patribus ( si vis ) à cardine dictis  
Octo Electorum præcedens excipit ordo,  
Ordine tres sacro seclari quinqu coruscant,  
Officio cujusque suum præponitur Archi,

Moguntinas.

Prima Moguntinoloca principe sede locata,  
Qui per Germanas est. Cancellarius Oras,  
Electoralis Collegi idemque Decanus,  
Atque recognoscit Cameræ decila supremæ,  
Imperii Archivum servat dextraque fideque,  
Eius in Archivo matricula tuta quiescit,  
*Aulae Consilii* visens cum Cæsare format, (Reichs Hoffrath)  
Et decreta simul cum Cæsare publica signat,  
Postarum est reliquas inter protectio curas,  
Cæsaris ( ac Noster vivat vel Nestora totum )  
Mortem Collegis calamo denunciat atro,  
Ad nova temporius suffragia poscit Eosdem,  
Collectis reliquim postremus propria promit.  
A VVillegiso (*rota*) sunt insignia ducta.

( Archiepiscopus hodiernus est Johann Philipp. à Schönborn ab anno 1647.)

Trevirensis :

Nunc juvet Augustam Trevirorum cernere prisca,  
Cujus Natalis vel Isac tempora tangit,  
Excelsam heic sedem tenet Archiepiscopus alter,  
Gallo-Arelensis qui Cancellarius audit,  
Officium cessat, titulus sed jure superstes,  
Nomine Magnifico Petri quoque dicitur haeres,

Insuper

Insuper est Primas, qua Gallia Belga patescit,

Cæsar is hic retinet suffragia prima legendi,

Alternant alias Trevirensis, Agrippinensis.

(hodiernus est Carol Caspar von der Leyen ab A. C. 1652.)

Coloniensis: c.

Ordine nunc sequitur, cui fausta Colonia sedes,

Ialica scribit qui Cancellarius oras,

Eiusdemque manu imponit Chrysobulla coronanti

Romano Regi; Sed nunc mutatio terum est.

Scilicet alternis fit consecratio dextris,

Ordo Moguntinum, seu tangat Agrippinensem,

Amborum fines extra si fiat; at intra

Quisque Diœcesis propriam sibi vindicat uni.

(Hodiernus est Maximilianus Henricus, Dux Bavariae ab A. 1650. nat. 1621.)

(: Curia Coloniensi adscriptum : Salve felix Agrippina Sanctaq. Colonia :)

Rex Bohemie, Erschende.

Rex est Imperii Status & Pincerna Bohemus.

(Hodiernus ipse Imperator LEOPOLDVS Nat. 9. Iun. 1640. Rex Hungariae 1657. Bohemiae 1656. Electus Imper. Rom. 18. Jul. coronatus 22. Jul. 1658 cui & Margarita Philippi Vti. Hisp. R. fil. 1663. nuptæ sit vita & felicitas.)

Bavarus, Ers Eruckssäb.

Currentis secli vicenus tertius annus

Concussa graviter patria civilibus armis

Cæsar is ad Bavarum devolvit jura legendi.

Imperii Dapifer pro Cæsare gestitat orbem.

(Hodiernus est Ferdinandus Maria Natus A. C. 1636 : 21. Oct.)

Saxo, Ers Marschall. d.

Saxo potens sequitur spectatus Enippius Heros,

Ensifer & Marschallus, & hinc postfata Monarchæ,

Quo

**Quo Jus Saxonicum Viget, ipse Vicarius, Orbe.**

(Hodiernus est Johann. Georgius II. nat. A. C. 1613. d. 31. Maii.)

(: d. Enippus in equis vir, miræ felicitatis Argivorum Rex, cuius clypeum accipiebat fortiter ap. eos rem gerens; precamur & nostro divinitus constituto Clypeo omnia genas prosperitates :)

Brandenburgus, Erz Cammerer.

**Brandburgus lati dominans Camerarius oris  
Marchio sceptra novæ præfert aurata Coronæ.**

(Hodiernus Fridericus Wilhelmus nat. d. 6. Febr. 1620.)

Palatinus Heidelberg. Erz Schatzmeister.

**Quæso Palatinum Rheni cur ordo tacebat?**

**Olim qui Dapifer, qui Judex Cæsaris æquus,**

**Inter seclares Chrysobullæ lege secundus;**

**Imperii gestans solenniter aurea poma,**

**Cæsaris Elector dicens suffragia quartus,**

**Ad partes Rheni Suevusque Vicarius idem;**

**Olim sic fuerat, sed quæ mutatione nunc est?**

**Octavus seculo hoc & quadragesimus annus**

**Octavum fecit nunc septima vota ferentem,**

**Imperii Sancti qui Thesaurarius audit,**

**Imperii manibus gestans insigne, Coronam.**

**Scilicet ut vexare gravis discordia cœpit**

**Wilhelmi Bavaram ve Domum, velut armi potentem,**

**Atque Palatinani reliquam seu Stemma Rudolfi,**

**Octo Virum facies sub certo foedere nata.**

(Hodiern. Carolus Ludovicus nat. 1617. d. 22. Dec.)

Votum:

**Sis bonus & felix Regum Rex Maxime, JESV,**

**Imperium serva, da pacem, noxia pelle!**


F I N I S.

AB:67 13  
e,7

ULB Halle  
005 949 122

3





# Farbkarte #13

B.I.G.



N. J.  
solerter educabāt, felici rep.  
finē sequendi inter alia erat matura in-  
d quod vitæ genus pueros proclives ani-  
mali ope eos promoverent certi, quod ager  
at fructum. Ad dignoscenda vero pue-  
rō utebantur invento, ut Ephorī quo-  
rtium & opificiorū instrumenta publi-  
& artem experiendi pueris potestatem  
artium varietate, mediis, jucunditate, u-  
nū canerent, ne temere vitæ genus indo-  
rium arrriperent. Inde natura & arte sic  
quovis vitæ instituto virorum excellen-  
tis ingeniorum exploratio vigeret, o-  
Spartanorum moris exhibent Scholæ in-  
iano, quo inter alia solertiæ puerilis in-  
a variarum artium & opificiorum vesti-  
erium vitæ institutum deinceps respon-  
sio suum agunt de vitæ generum varie-  
tate re nata differendo, regulas in eligen-  
entes de inclinatione & libris, quos sibi  
cum aliquod preposito inserviens scri-  
bi in heic nominatis adolescentibus sic  
am animum quisque suum B. C. D. vi-  
citio oratorio habendo prægustet. Id-  
ri

gen/ Francokusanus  
ENTIAM;  
el/Moscovia Russus  
pue Anatomicen,  
is

VII. Octobr. hor. IX. In Audit. Maj-  
tium publice indicat  
ECTORE  
REUNER ConR.  
quosdam memoriales Geographi-  
cerii statu, otio Cereali factos.  
REYSCHMIDIANIS,

10